



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum audacia opponatur fortitudini? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

non esset hoc laudabile, sed vitiosum. Esset enim quædam præcipitatio actionis: quod est vitium prudentiæ oppositum, ut supra dictum est *. Et ideo audacia quæ operatur ad velocitatem operandi, in tantum laudabilis est, in quantum a ratione ordinatur. 9.53. a.3

Ad tertium dicendum, quod quædam vitia innominata sunt, & similiter quædam virtutes, ut patet per Philosophum * in 4. Ethicor. Et ideo oportuit in quibusdam passionibus uti nomine virtutum & vitiorum. Præcipue autem illis passionibus utimur ad vitia designanda, quarum obiectum est malum: sicut patet de odio, timore, & ira, & audacia. Spes autem & amor habent bonum pro obiecto: & ideo magis eis utimur ad designanda nomina virtutum. li. 4. c. 4.
6. & 7.
10. 1. li. 2.
c. 7. à me.

ARTIC. II.

Utrum audacia opponatur fortitudini?

648

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod audacia non opponatur fortitudini. Superfluitas enim audaciæ videtur ex animi præsumptione procedere. Sed præsumptio pertinet ad superbiam, quæ opponitur humilitati. Ergo audacia magis opponitur humilitati quam fortitudini.

¶ 2. Præterea, Audacia non videtur esse vituperabilis, nisi in quantum ex ea provenit vel nocumentum aliquod ipsi audaci, qui se periculis inordinatè ingerit; vel etiam alijs, quos per audaciam aggreditur, vel in pericula præcipitat. Sed hoc videtur ad iniustitiam pertinere. Ergo audacia secundum quod est peccatū, non opponitur fortitudini, sed iustitiæ.

¶ 3. Præterea, Fortitudo est circa timores & audacias, ut dictum est *. Sed quia timiditas opponitur fortitudini secundum excessum timoris, habet aliud vitium oppositum timiditati secundum defectum timoris. Si ergo audacia opponatur fortitudini propter excessum audaciæ, pari ratione opponetur ei aliquod vitium propter audaciæ defectum. Sed hoc non inuenitur. Ergo nec audacia debet poni vitium oppositum fortitudini. q. 123.

SED

li. 2. e. 7. SED contra est, quod Philosoph. * in 2. & 3. Ethic. ponit audaciam fortitudini oppositam.

li. 3. c. 7. 10. 5. RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est * ad virtutem moralem pertinet modum rationis seruire in materia circa quam est. Et ideo omne vitium quod importat immoderantiam circa materiam alicuius virtutis moralis, opponitur illi virtuti morali, sicut immoderatum moderato. Audacia autem secundum quod sonat vitium, importat excessum passionis, qui audacia dicitur. Vnde manifestum est quod opponitur virtuti fortitudinis, quæ est circa timores

q 113 a. & audacias, vt supra dictum est *.

3. Ad primum ergo dicendum, quod oppositio vitij ad virtutem non attenditur principaliter secundum causam vitij, sed secundum ipsam vitij speciem: & ideo non oportet quod audacia opponatur eidem virtuti cui opponitur præsumptio, quæ est causa ipsius.

Ad secundum dicendum, quod sicut directa oppositio vitij non attenditur circa eius causam, ita etiam non attenditur secundum eius effectum. Nocentum autem quod prouenit ex audacia, est effectus ipsius. Vnde nec etiam secundum hoc attenditur audaciæ oppositio.

Ad tertium dicendum, quod motus audaciæ consistit in Inuadendo id quod est homini contrarium: ad quod natura inclinatur, nisi in quantum talis inclinatio impeditur per timorem patiendi nocentum ab eo. Et ideo vitium, quod excedit in audacia, non habet contrarium defectum, nisi timiditatem tantum. Sed audacia non semper concomitatur tantum defectum timiditatis: quia sicut Philosophus dicit * in 3. Ethic. audaces sunt præuolantes, & volentes ante pericula, sed in ipsis discedunt, scilicet præ timore.

* c. 7. non multu a f. 10. 5.

QVÆST. CXXVIII. De partibus fortitudinis.

D E inde considerandum est de partibus fortitudinis.

¶ Et